



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Nauigat in Palæstinam. Cap. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

stitutus. itaque ingenti metu & horrore perfusum pedu-
lijsse confestim, & quæsitum diligenter Ignatium. ce-
pisse perhonorificè. Sed ille postmodum cum in amari-
terem Cantabrum incidisset, à lautiore hospinio seculi
eum familiariter transfudit.

Nauigat in Palestinam. Cap. XIII.



BI cum aliquandiu moraretur in o-
mnem nauigandi occasionem uen-
tus; ecce tibi nouæ amicorum paginæ
(quos illi vbiuis breui cœli abire cog-
nita viri virtus atque modestia) cum
varijs terroribus ab infinita peregrina-
tione reuocare conantur, quibus
ille, Deo fretus, ita resistebat, vt diceret, pro certo habere
se, vt cætera cuncta deficerent, vel vna solimodo tabu-
la quod cupiebat vtrique peruenturum. Nec cum felicitate
bonitatis diuinæ fiducia. Cum enim eo anno formidabi-
ne Turcarum, vt diximus, solito minor esset in ludam
peregrinantium numerus, & quotquot erant, simul cum
nes paulo ante soluisserit; desperata iam à cæcitate, Ig-
natijs repente sit certior, nauem in Cyprum parati
tricio Veneto, prætori eiusdem insulæ deliquato: con-
que inde non ignoraret breuem atque facilem esse tra-
iectum in Palestinam; nullo adhibito deprecatore, cum
tamen multi nec aspersioni suppetere, ad Venetum
Ducem Andream Gritum adijt ipsemet, insigni manu
nus humanitate quam prudentia principem ac Dei ho-
uente facile ab eodem impetrauit, vt gratis in Cyprum
vsque deueheretur. Sed interea dum prætori orationem
nauis, in febrem Ignatijs incidit, factum elimitus est
probandæ scilicet eius cōstantiæ causa, vt quo de phar-
macum hauserat, eo ipso nauæ signum profectus o-
diderint. qua re minime conturbatus Ignatijs vnam
petit ab hospite; qui pertinaciter ipsum etiam atque ce-
iam retinere conatus, cum nihil omnino profectus
consultitur medicus. ille vero sine cunctatione respon-
dit.

det, hominem ad interitum ruere. Attamen Ignatius
nihil magis immutatus, & cælestis nimirum medici
ductū sequutus, felici sanè consilio (quòd tamen admi-
randum potius, quàm imitandum alijs duxerim) fluctu-
ante etiam tum in stomacho potione conscendit; fa-
ctumque est Dei beneficio, vt ora soluta, inter nauigan-
dum, ex ipsa maris agitatione tantam vim pestiferi ac vi-
tiosi humoris euomeret, vt morbo planè leuatum sese
celeriter senserit. Recuperata valetudine institit suo mo-
re, quoscunque poterat factis dictisque ad virtutem &
pietatem adhortari. cumque in eadem nauì per summā
impudentiam committi grauia quædam flagitia com-
perisset, non dubitauit apertum dedecus detestari pa-
lā; & impuros illos homines tanta orationis acrimonia
reprehendere, vt ij facta cum nautis coniuratione mole-
stum sibi monitorem in deserta quadam insula expose-
re, atque ab suo conspectu & consuetudine procul amo-
uere decreuerint. quam rem odorati è vectoribus qui-
dam Hispani ad Ignatium pro amicitia detulère, suaden-
tes etiam atque etiam, vt in loquendo cautior esset, sibi-
que consuleret. sed ille nihilominus turpiter peccantes
obiurgare perrexit, diuinæ prouidentie ope subnixus:
cuius beneficio factum est, vt ad insulam sceleri destina-
tam appropinquantes nauæ, aduerso repente vento re-
iecti, volentes nolentes Ignatium in Cyprum vsque per-
uenerint: vbi cum stare ad salinas peregrinam nauem,
de qua supra diximus, audisset; illuc itinere terrestri se-
contulit: in eamque gratis admissus, nihilo plus viatici
secum intulit, quàm in priores intulerat, Christo vno
videlicet fretus, qui tota illa nauigatione sese il-
li non semel ostendit; eumque magnopere
confirmauit; ac denique incolumem
ad portum Palæstinæ per-
duxit.